FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Oeconomiae Salutis Epitome Isagogica

Lange, Joachim

Halae Magdeburgicae, MDCCXXX.

VD18 13487469

Membrum I. De Salutis Cognoscendae Principio.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-211558

Visual Library

MEMBRUM I.
DE SALUTIS COGNOSCENDÆ PRINCIPIO.
ARTICULUS I.
DE THEOLOGIA AC RELIGIONE NATURALI.
ubi aditus ad tractationem fit in doctrina de immortalitate animæ.

1. Cognoſcendi ſapiendique initium merito facimus ab *anima* noſtra.
2. Anima humana habet facultatem *intellectus & voluntatis liberæ.*
3. Anima humana eſt *ſpiritus.*
4. Anima humana eſt *immortalis.*
5. Anima humana, corpori ſuperſtes, eſt ſui ipſius ſtatusque ſui diverſo ſenſu ſibi *conſcia.*
6. Anima noſtra non poteſt ſatiari ac beari rebus *corporalibus* & caducis.
7. Anima pro objectis ſuis primariis & maxime propriis habet res *ſpirituales & æternas,* ipſi ad beandum convenientes.

Conſectarium. Genuina pſychologia nobis inſinuat ac injungit ſtudium Theologiæ naturalis ac revelatæ.

Theorema. Regreſſus cauſſarum & effectuum per lineam rectam & per circulum eſt abſurdus & impoſſibilis.

p. 1-6

TRACTATIO.

I. IPSA THEOLOGIA: ubi Deus, tanquam *Spiritus independens* ac infinitus, & hujus univerſi *cauſſa* intelligens ac liberrima, & humani generis *legislator* ac *judex*, coſideratur

1. Ratione EXISTENTIÆ: ubi argumenta

IV. deſumta a *microcoſmo:* quorum deſumitur

Primum ab *anima humana*, quæ nec ab æterno fuit, nec a ſe ipſa, ſed a cauſſa libera & intelligente.

Secundum a *corpore humano*, quod itidem in re-

greſſu ad majores non eſt æternum, nec a ſe ipſo, ſed a cauſſa efficiente, Deo.

Tertium a *propagatione generis humani*, nos remittente ad ſtemma ſuum primum, quod nec æternum eſt, nec a ſe ipſo, ſed a cauſſa efficiente Deo.

Quartum *a dictamine conſcientiæ*, quod, tanquam lex naturæ inſita, nos remittit ad legislatorem, Deum. p. 8. 9. 10.

IV. a *macrocoſmo*: quorum deſumitur

Primum & generale a *mundo*, tanquam non æterno, ſed condito a cauſſa efficiente, Deo.

Secundum, a *motu* in univerſo contingenti & aptiſſimo, nos ad motorem primum, Deum remittente.

Tertium a *rerum finibus*, ex effectu & eventu notis, & ex earum natura ad fines iſtos obtinendos aptata.

Quartum a mechanico & contingenti mundi *ordine*, cauſſam ordinantem, intelligentem & liberam, Deum, indicante. p. 10. 11.

2. Ratione ESSENTIÆ: ſecundum quam Deus eſt ſpiritus independens ac infinitus, ſua habens *attributa*: quæ ſunt

Generalia, quæ e notione ſummæ perfectionis reſultant, v. g. unitas, veritas, bonitas, æternitas, immenſitas &c.

Specialia, ſeu reſpectiva, quæ reſpectum habent ad facultates ſpiritui proprias, intellectum & voluntatem: ubi

Intellectus eſt omniſcientia, ſapientia, prudentia,

Voluntatis eſt libertas, omnipotentia, gratia, juſtitia & ſanctitas.

3. Ratione OPERUM *creationis*, *providentiæ* & *judicii extremi*, in quibus attributa ſe exſerunt.

4. Ratione CULTUS, ſeu religionis: ubi ratione *intellectus* Dei agnitio, ratione *voluntatis* fiducia, reverentia & amor p. 11-23.

II. INSUFFICIENTIA AD SALUTEM, poſita in erroribus & defectibus *dogmaticis*, *moralibus*, & *hiſtoricis* p. 13-15

Membr.

Franckesche Stiftungen zu Halle

Franckesche Stiftungen zu Halle

M. I. ARTICULUS II.

DE

THEOLOGIA AC RELIGIONE REVELATA.

SECTIO I.

DE RELIGIONE JUDÆIS REVELATA.

ubi

1. *Veritas & integritas hiſtoriæ Judaicæ* ac librorum de ea ſacrorum. Quorum centrum eſt religio Judaica Meſſiana.
2. *Præſtantia* religionis Judaicæ: ubi octo characteres: Antiquitas, ſcriptorum ἀξιοπιστία, revelationis modus Deo dignus, ſermonis ſacri dignitas &c.
3. *Divinitas* ejusdem religionis in 12. characteribus, qui ſunt: Νομοθεσία Sinaitica, θεοκρατία in conſcientiam, myſteriorum ſublimitas &c.
4. *Imperfectio & indoles temporaria hujus religionis & œconomiæ*, nos ad religionem, ſeu œconomiam, chriſtianam manu ducens. Jer. III, 16. XXXI, 31. ſeqq. Ezech. XI, 19. XXXVI, 25. ſeqq. Dan. IX, 24-27. p. 18-23.

SECTIO II.

DE RELIGIONE CHRISTIANA.

ubi

1. *Veritas hiſtoriæ chriſtianæ*; quam evincunt.
   a. *Argumenta* 12. *inſita*: librorum integritas, auctorum ἀξιοπιστία, prophetiæ ac typorum impletio &c.
   b. *Teſtimonia* ac calumniæ Judæorum ac paganorum.
2. *Præſtantia* religionis chriſtianæ, demonſtrata 12. characteribus, qui ſunt: antiquitas &c.
3. *Divinitas* ejusdem, itidem 12. characteribus radians; uti ſunt veritas prophetiarum & umbrarum typicarum, propagatio admiranda, miraculorum cumulus &c. p. 24-30.

M. I. ARTICULUS III.
DE
SCRIPTURA SACRA.

Sedes doctrinæ. Pſ. XIX. CXIX. Jo. V, 38. 39. 2 Tim. III, 15. 16. 17. 1 Petr. I, 23. 25. 2 Petr. I, 19. 20. 21. &c.

Definitio. Scriptura ſacra eſt verbum Dei ſcriptum, prophetis & apoſtolis divinitus inſpiratum, nos in fidei myſteriis & vitæ præceptis ad ſalutem erudiens.

TRACTATIO.

I. DEFINITUM, *Scriptura ſacra*, verbo anguſtior: ubi ſcribendi initium fecit ipſe Deus in decalogi tabulis. Exod. XXXII, 15. 16. c. XXXIV, 1.

II. NOTATIO GENERIS: *Verbum Dei ſcriptum*, habens proprietates alias ut *verbum*, ſeu cum quovis alio verbo communes, alias ut *Dei* verbum, ſeu ſingulares.

III. CAUSA ſcripturariæ revelationis IMPELLENS, externa *vitæ* humanæ circumciſa *brevitas* & traditionis, ante hac conſvetæ, incertitudo.

IV. CAUSSA EFFICIENS, *Deus inſpirans* res & rerum ordinem ac verba. 1 Sam. XXIII, 2. Jer. I, 9. 2 Tim. III, 16. 2 Petr. I, 19. 21. conf. Matth. X, 19. 20.

V. AUCTORES SECUNDARII, *prophetæ*, latius ſic dicti, nec non *evangeliſtæ* & *apoſtoli*.

VI. MATERIA, eaque *externa*, litteræ, voces, librorum canonicorum, ab apocryphis diſtinctorum, contextus; *interna*, ſeu res contentæ, *lex & evangelium*: hujus ſumma eſt in protevangelio, iſtius in decalogo.

VII. FORMA materiæ reſpondens; eaque *externa*, lingua Hebræa & Græca; *interna ſenſus*; qui unius loci tantum eſt *unicus*, & quidem vel grammaticus, ſeu litteræ, vel logicus, ſeu litteralis, cui ſæpe ſubeſt myſticus. p. 30 - 36.

VIII.

8.19.20 ~~2~~ Ies. 55.10.11. Deut. 4. ~~2~~ Iac. 1.18.21.

omne verbum divinum est scriptum, hinc ponitur verbum loco generis.
Verbum non scriptum [est] vel perceptum interna sensione, quod modus
revelationis inspirare dicitur Spiritus Sanctus vel symbolice
seu certis signis, partim imaginationis: in somniis sive in vi-
sionibus sive in ecstasi, partim sensibus externis oblatis, e.g.
per Urim et Thummim, vel per sortem, vel per angelos vel
per ipsum os divinum.

β) est scriptum secundum regulas logicas, rhetoricas, grammaticas

γ) ut praedictiones et impletiones ed apertiores [e]sset et ut
commodius per orbem disseminari posset! interna caussa im-
pelens fuit [illegible] Dei.

W. inspiratio probatur 1 ex revelationis divinitate vid. supra.
2. ex locis Scripturae. ipsa inspiratio consistit partim in reve-
latione ignotorum, partim in impulsu et directione nota sine
e~~rrore~~ scribendi et intrepide publicandi.

α) exceptis quibusdam chaldaicis in Dan. et Esd.

si non tam per verba, quam per res indicatur vg. Historia de Ismaele
expulso.

Franckesche Stiftungen zu Halle

VIII. DIVISIO in libros V. Hebraice, & N. T. Græce ſcriptos. Libri V. T. ſunt vel hiſtorici, vel morales, vel prophetici: N. T. ſunt hiſtorici, dogmatici, unus propheticus.

IX. FINIS & EFFECTUS, ſpiritualis ac æterna *ſalus*. Pſ. XIX, 9. Jo. XX, 30. 31. Jac. I, 18. 21. 2 Tim. III, 15. 16. ad quam obtinendam requiritur oratio, meditatio cum lectione & auditione, nec non tentatio, ſeu praxis.

X. AFFECTIONES Scripturæ ſacræ: quæ ſunt:

1. *Auctoritas*, eaque vel *motiva* ad aſſenſum, ſecundum characteres art. 2. datos. 2 Theſſ. II, 13. vel *normativa* in rebus fidei & vitæ. Pſ. CXIX, 24 105. Luc. XVI, 29. oppoſita magiſterio rationis & auctoritati humanæ.

2. *Perfectio*, 2 Tim. III, 15. 16. quæ eſt vel *partium*, ſeu librorum ad canonem pertinentium; vel *doctrinæ* ad fidem ac vitam directæ, oppoſita principio novæ revelationis & eccleſiaſticæ traditionis.

3. *Perſpicuitas*, eaque verborum ac rerum. Pſ. XIX, 8. CXIX, 105. præcipue in rebus ad ſalutem neceſſariis. In *fidei* vero *myſteriis* ſufficit evidentia teſtimonii.

4. *Efficacia*, non ſolum naturalis, ſed etiam ſupernaturalis Joh. VI, 63. XVII, 20. 2 Tim. III, 15. Unde uſus univerſalitas reſultat. Col. III, 16. pag. 36-40

Epimetrum de *analogia fidei*, quæ eſt doctrinarum, ad ſalutis noſtræ auctorem, fundamentum, ordinem & conſummationem pertinentium, nexus & ſymmetria: qualis eſt in *architectura* & *compage* corporis humani, habens uſum dogmaticum, elencticum, hermeneuticum, & homileticum, ut aliquis majore cum habilitate & ſine erroris formidine dicere poſſit.